The following Diploma *lately obtained by The celebrated* Canine Profeſſor of Phyſic *in this City, from the Ancient Academy near* Athens, *called* Cynoſarges, *or The Temple of the* White Dog, *is now ſubmitted to the Public, as a Teſtimony of the higheſt Honour: this Univerſity having been inſtituted by* Antiſthenes, *ſurnamed* Aplocyon, *or The Sincere Dog, whoſe followers were hence called* Cynicks, *as appears from the Greek Author* Diogenes Laertius.

CELEBERRIMO viro *Jacobo Whittick*, Doctori in *Cyno-Medicina*, apud *Canile Suum*, in vico auſpicatiſſime dicto. *Guinea-Lane*, Bathon-ſalutem.

Siquidem ſupplicabat noſtræ Academiæ, haud ita pridem, Celeberrimus *Jacobus Whittick*, olim inter *Peripateticos* ſellarum geſtator,* ſed modo inter *Aquapotores* unus tantum *Cynico-Medicus*, ut ad gradum Doctoris admitteretur; hac inter alias, graves que cauſas, allata, quia nempe, uno ſaltem, gradu, *Uxorem præcedere*, voluit: ideoque *Doctoratum* ambivit, ut Uxor ejus, *præſtitis diſputationibus*, jamdudum fuiſſet *Regens-Magiſter*. Noverint igitur Univerſi, quod Nos Academici, propter has res *peripatetice geſtas*, inde ac *Cynice digeſtas*, prædicto *Jacobo*, tenore præſentium, liberam concedimus poteſtatem, et facultatem *dogmatice* practicandi in *Cyno-Medicina* per totum terrarum orbem; ſcilicet purgandi, bleedandi, glyſterrandi, curandi, et necandi canes *Moloſſos*, *Melitæos*, *Pecuarios*, *Veruverſatores*, omnigenoſque Canes: exceptis vero, et ſemper repudiandis, [ut minime *Aquapaturis*] iſtis *Cynobipedibus*, anglice *The Sad Dogs*, quibus, ut fatetur, *tribus Anticyris eſt Caput inſanabile*. Denique, honoris causâ, ſaltem quantum poſſumus, ſi minus quantum decet, Liceat *Jacobo noſtro dilecto*, [ut *Cynoſura* Medicinæ] poſita jam ſella geſtatoria, levatiſque humeris, *Vehiculum haud minus gratum*, appetere; quo, ut ſolitum erat, *omnia præ ſe ferat*, quo, etiam pulverem ſi non *Olympicum*, veruntamen *Aureum*, *colligere juvet*, et *Sirio* monſtrante viam, ſublimi feriat Sydera vertice. Dat. ſub ſigillo hujus Univerſitatis *die Caniculari* primo, 1786.

* Anglice, *A Chairman*.